



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Legatis, De Successionibvs Ab Intestato, De Renvnciationibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. IV. Lucana legati. De legato creditorum, ac jurium, & actionum, quid
comprehendat, an scilicet solum nomina debitorum, vel etiam pecunias
destinatas investimento, sive existentes penes ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74076](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74076)

D I S C U R S V S IV.
L V C A N A
L E G A T I

P R O

C L A R A F R A N C I O T T A
C V M
M I C H A E L E A N G E L O
S T I A V A.

*Casus disputatus coram A.C.,
postea concordatus.*

Delegito creditorum, ac jurium, & actionum, quip compræhendat, à scilicet solūm nomina debitorum, vel ciuitatem pecunias destinatas investimento, sive existentes penes procuratores, & ministros testatoris; Vel potius referendum solūm sit ad credita, ac jura, & actiones quæ habentur contra ipsum legatarium pro ejus liberatione, non autem, ut ei legata sint jura, & actiones contra alios.

S V M M A R I V M.

- F**acti series.
Est attenēdāda substantia voluntatis, non autem formula verborum.
Et voluntas defumenda est ex facti circumstantijs simul junctis.
De conjecturis, & argumentis probantibus, ut solūm reliūa efficeretur.
Quo propriè dicantur nomina debitorum.
Sub istorum nomine non veniunt occupatores honorum debitoris, vel depositarij, & ministri.
Loca montium, & similia iura habentur profibulibus.
De verbo investire quid significet.
Actus est in dubio referendum titulum licitum.
Ad regulandum voluntatem testatoris attenēdebet ejus destinatio, vel opinio &c.

D I S C U R S U S IV.

N testamento Augustini Francioti Nuncij Colonicensis, de quo habetur actum sub tit. de legīsm. & detrah. disc. 10., inter alia ibi disposita, continetur in particulari, & separato capitulo, legatum scutorum trium mille ad favorem Michaelis Angeli secretarij, ac intimi familiaris testatoris, cum assertione pro remuneratione ejus servitij; Deindeque per altud capitulum separatum, assignatione, ut dictum Michaelem Angelum ab omnibus molestijs liberaret, ei legavit omnia credita, & actiones directas, & indirectas, actam cives, quam criminales, que ex qualibet causa ipsi testatori competere posseint; Cum autem in hæreditate adscilient quampliura nomina debitorum ex causa mutui, vel alia, tam in Urbe, quam in Civitate Lucana; Ac etiam penes ejusdem testatoris Agentem, seu negotiorum gestorem in Urbe, reperiuntur de tempore mortis, scuta bis mille ex diversis effectibus obvienta; Ipseque testator per annos antequam ab Urbe discederet, dedisset cuidam pro-

bato negotiatori scuta quatuor mille circiter, quo sdictus negotiator promisit sub ejus nomine investire se obligabat, si minus solvere fructus ad rationem locorum montium; Hinc proinde dictus Michael Angelus prætendere caput, ut hæc omnia sub dicto legato venirent, atque ad ipsum spectarent; Cumque acquiesceret nollet meo Responso pro veritate desuper edito ad instantiam hæredis, fructus aliquibus Responsis aliorum Advocatorum diversimodè sentientium, juxta eam ingeniorū varietatem, quam quotidie experimur; Hinc proinde introducta fuit lis coram A.C. postea concordata.

In responso autem ut supra dato, ac etiam deinde scribendo in causa, pro hærede, more Advocati; Duas informabam inspectiones; Unam scilicet generalem, ut hæc dispositio nihil ex dictis effectibus complectetur, sed importaret solūm liberationem à creditis, ac juriis, & actionibus, que contra ipsum legatarium, testatori, ejusque heredi, vel alijs ex causa ejus servitij, & administrationis competere possent; Et alteram particularē, an posito, ut comprehendenderet credita, ac jura, & actiones activas contra alios, de quibusnam id intelligendum esset, & præsertim, an comprehendenderet dictas duas partitas existentes, penes agentem, & penes campforem.

Quatenus pertinet ad primam; Dicebam [etiam in sensu veritatis] ut attenta regula, qua perpetuò in omnibus actibus, præsertim vero in illis ultimorum voluntatum, attendenda est, hoc *eadem sit*, ac sub alijs de testam. & de fiduciis, omnique alia materia frequenter infinita, ut non formalitas, vel grammaticalis significatio, sive litteralis sensus verborum, sed substantia veritatis attendi debeat; Ex toto dispositionis contextu, magisque ex alijs facti circumstantijs, & qualitate defumenda, patchat quod revera istud legatum contineret solūm liberationem à quibuscumque creditis, ac juriis, & actionibus, quæ testatori, vel alteri ex ejus causa, contraria ipsum legatarium competenter, non autem in eo sensu litterali, in quo legatarius, ejusque Consultores illud accipiebant.

Ad ita sentendum movetbar ex pluribus fundamentis, & considerationibus, ponderandis cum altera pariter recepta regula, ut in ultimorum voluntatum præsertim interpretatione, attendenda, de qua satis frequenter dicitur *titulus de fidei*. & alibi, ut *singula, que non prosunt, unita juvent*; Ita juxta plures infinitum exemplum more pictoris in opere musivo, ex pluribus parvis lapidis, nihil de per se operantibus, efformando figuram.

Primo nempè accipiendo rei primordium, quod dictus legatarius, quamvis ejus principale munus esset secretarij, attamen ut pote primus, ac totalis testatoris fiduciarius, omnino modam administrationem tam negotiorum privatorum, quam pertinentium ad Nuntiaturam habuerat; Et consequenter quod, tam per testatoris hæredem, quam per ministros camerales ipsius Nuntiaturæ, ac Urbis, ad redditionem rationum, earumque justificationem cogi poterat, atque molestias desuper pati.

Secundo in idem, attento proemio dispositio-
nis, dum non assignatur causa benevolentia, vel gratitudinis, seu remunerationis, sed altera libe-
randi ipsum Michaelem Angelum à quibuscumque molestijs; Itaque ratio seu causa promialis, que de fui regulari natura denotat causam finalem, co-
gruebat huic intellectui, non autem alteri.

Tertiò in idem ratione discretivæ, quoniam quan-

do

do testator legatum eidem famulo facere voluit, in præmium, ac remunerationem servitij, id expressit cum legato particulari summa scutor. 3000., quæ attenta qualitate legatarij, ac servitij, erat potius magna, & exorbitans, præsertim comparativè ad alios familiares.

Quarto, incongruentia quæ alias adesse videtur in illis verbis *jurium, & actionum, tam civilium, quam criminalium*, dum incongruum est actions criminales activè alteri legari.

Quintò, ob præceptum datum hæredi liberandi eundem à quibuscumque molestijs, quæ ab alijs eidem familiari inferri possent, eundem hæredem obligando ad suppeditandum quidquid pro dicta liberatione necessarium esset, quamvis universam hæreditatē desuper erogare oporteret; Argumentum clarum, quod per hanc dispositionem, aliud in animo testator non habuerit, nisi dictum finem in premio enarratum, liberandi hunc fiduciarium familiarem à quibuscumque molestijs, quæ pati posset ex causa fiduciaria administrationis, ob quam non solent confici libri, nequè adhiberi illa diligentia super justificatione rationum, quæ sunt per illos, qui habent ex munere principalis, domus præfecturam, seu aliam administrationem, isteque videbatur verus, ac germanus hujus dispositionis intellectus.

Ex sexto demum ac omnium fortius, ex maxima inversimilitudine, dū supponebatur, quod nomina debitorum [comprehensis dictis duabus partitis] importarent ingentem summam scutorum 12. m. circiter; Omnipotens enim id improbable videbatur; Tum ex eo quod summa esset incongrua, atque importaret notabilem partem hæreditatis, quæ testator reliquerat germana sorori, cum fidei commissu ad favorem ejus filiorum, & deinde ad favorem Ecclesiæ juxta seriem de qua dicto dicitur. 10. de legit. & derrat.; Tum etiam quia verisimiliter in hoc legato expressis est camdē causam, quam cum verbis nimium significativis expressis in longe magis exiguo legato scutorum 3. m.; Ponderando etiam quod in dicto legato scutorum 3000. dixit ea relinquere jure legati, quod non dixit in hac altera dispositione.

Præterea advertebam, quod cum de recenti sequuta essem mors patris testatoris, per quam duplex actio sibi aperta erat ad bona per eundem patrem possessa Una scilicet testata, vel intestata successio nis; Et altera antiqui fideicommissi, quorum neutrā agnoverat, unde propterea dominium bonorum non acquisiverat, sed solum ad ea jus, & actionem habebat; Hinc proinde, ubi dicta verba, in literali, seu grammaticali sensu accipienda essent, istas hæreditates, & successiones quoque capere deberent, dum ita non nisi jus, & actio competebat, contra omnem profus verisimilitudinem, quæ in ambiguae voluntatis questionibus principatum obtinet inter praefunctiones, & conjecturas, ex vulgaris, & quotidiano axiomate, quod verisimilitudo imaginem habet veritatis, inversimilitudo autem illam falsitatis.

Hinc proinde opus non erat assumere aliam inspectionem, quæ scilicet partita venirent sub dicto legato, necnè, utpotè inanem, quoniam vcl nullæ, vel omnes venire debebant; Siquidem ubi legatum ad nomina debitorum solum restrictum esset, tunc recte hac inspectio intraret, quidnam scilicet sub hoc vocabulo veniat, sed quoniam dispositio latius patebat de quibuscumque juribus, & actionibus ex quacumque causa competentibus, concep-

ta per verba effrænata, idcirco omnia haec capi bat, & consequenter, vel totum, vel nihil capi bat; Cumque omnino incongruum esset, ut tota caperet, idcirco omnino probabilius erat, ut nulli nisi dictum effectum liberationis operaretur.

Verum ubi, juxta sensum scribentium prolegario, de nominibus debitorum tantum ageret, adeo illa venirent; Adhuc tamen ostendunt sensu retento dicibant, ut venirent obtemperantes predictæ duæ partitæ; Non quidem dicentes, bis mille, quæ in pecunia reperiendas possent Agentem, seu negotiorum gestorem, quem non minima debitorum, seu creditavere, & proprius cunctur illa, quæ pendente ex causa munus, vel illa causa debendi, unde dominum pecunie, vel illius quantitatis, non sit penes creditorem, impetrans debitorem obligatum ad solutionem; Item in hac facti specie dici non poterat, datus negotiorum gestor retinebat hanc pecuniam potius tanquam depositarius, vel minister.

Ideoquæ conclusionem habemus, quod minimum debitorum, & eorum nominum, venientium illi, qui sunt tales, non autem illi, qui aenea bona testatoris juxta doctrinam Balduini, cum necessitate num. 2. God. de fidicem. Matric. de conject. 1. lib. 9. tit. 4. num. 3. vers. catena. At quæ in hoc dabam prædictum exemplum omnium Magnatum, & nobilium, ac etiam mercatorum, qui retinente eorum pecunias penes thefaurorum, vel capiteriorum, aliosq; ministros, ideoquæ possunt, nomina debitorum; Idemque propositum cunctis, quæ retinente penes eadem siccam, vel in alio banco in forma depositi irregularis, quod in effectu nomen debitoris de stricto iure importaret, attamen prorsus incongruum esset dicere, ut id retnire sub nomine debitorum.

Quoverad ad alteram partitam sc. 4000., que per quatuor annos ante dictum tebarois obviabit, data fuit campiori ut supra, planum videbatur, ut ea non veniret sub legato nominum debitorum, cum constaret eam suffice definitam investitum locorum montium, que pro stabilibus possumbentur, ac loco circumscrībantur, ut de loco montium Vrbis Gabr. cons. 1. 1. lib. 2. num. 2. dicitur. decif. 474. num. 1. & decif. 913. a. 12. Rega decif. 66. num. 10. Et de iuribus super redditibus Ragijs, vel Reipublica Thes. in lib. 2. quæ forent. Rotul. Pragmat. 1. de iur. & exaction. Fidel. 66. & 80. cam seq.; Et de pecunis depositis in Montibus Venetiarum, seu Florentia Rotula intitulata præteri bonorum 13. Novembri 1602. coram Cardinali Hieronymo Pamphilio, qui pallium recipi eset, tanquam in materia magistralis, ut sub isti alien. & contraria. dicitur.

Destinatio autem probabatur; Tum ex ratio investire, quod ex communi loquendi usi continet hujusmodi investmentis, non autem minus, in decif. 275. numer. 1. post Zacc. de oblig. cam. decif. 85. par. 4. rec. tom. 2. & 668. eadem par. 4. tom. decif. 56. num. 6. par. 12. rec. & in alijs; Tunc iam ex qualitate datoris pecunia, qui erat Archipiscopus, & Ecclesiasticus, ideoquæ ei non obviabit mercatura, & consequenter conveniencia ferenda est ad titulum licitum, ut ad rem benebetur per Rotam decif. 259. num. 4. & 5. par. 1. rec.; Nil obstante quod campiori, qui pecuniam receperat, eam non investierit, unde properaret maneret in terminis crediti, quoniam in hac man-

De L. U
re
stamer
e E C A T Y
G V T

DISCURSUS V.

xi

ria attendenda est destinatio domini pecunia, vel bonorum, ad effectum regulandi ejus voluntatem, non autem quod ex facto tertij id sequutum non sit, ut in alijs plures advertitur; Ita enim testator supponendo, ut dictus campsor datam fidem impleviset justè opinari potuit, quod istud investitum factum iam esset in loca montium; Prout etiam ista ratio deficentis animi cadere poterat in dicta alia partita penes Agentem, seu negotiorum gestorem, dum eam ignorabat, concordia tamen subtilitate occasionem ulterioris disputationis; Verum ista mihi videbatur veritas.

A V X I M A N A LEGATI

P R O

V GONE , ET ALII S
DE C I M I S

C V M
VBALDO ETIAM DE C I M I S

Cum disputatus coram A. C. , & resolutus
pro Vbaldo.

An, & quando sub legato mobilium domus,
veniat pecunia numerata, que in domo
reperita sit.

S V M M A R I V M .

Facti seria.
De decisionibus firmantibus comprehen-
sionem pecunia sub legato mobilium.
um.

3 De abuso deferendi doctrinis, non curando di-
stinctiones, & ratiocinia.

4 Et quod facili, an pecunia veniat sub hoc lega-
to, & quomodo ei distinctionibus decidenda.

5 Delegato generali absque præfinitione loci.

6 Ubi loquendi in hoc attendi debet.

7 De distinctione inter pecuniām præsidij causa,
& alteram.

8 Quando dicatur de una, vel altera specie.

9 De eodem cum distinctione.

10 Declaratur decisiones, de quibus numer. 2.

ii Quod facili circumstantia potius attendi de-
beant, & quomodo in hac materia proceden-
dum sit.

ii Decire cunctis in hac facili specie, ut pecunia
non veniat.

13 De vocabulo mafiliariarum posito cum illo mo-
bilium tanquam synonymo.

D I S C . V.

Um Silvester, Ubaldo ex sorore
nepoti reliquisset usumfructum
domus, ac omnium, & quorum-
cumque mobilium in ea existen-
tium, cum verbis amplis eorum
universitatem denotantibus; Ca-
sus autem dedisset, quod de tem-
pore mortis testatoris, domi reperta esset quedam
summa scutorum 300. circiter in pecunia nume-
rata; Hinc proinde orta est controversia inter lega-
tarium, & hæredes, an dicta pecunia sub dicto le-
gato compræhensa esset, introducta causa co-

ram A. C., ab isto prodit determinatio, favore
legatarij, commissaque appellationis causa in Ro-
ta, incertum est, an ea ulteriore progressum ha-
buerit, vel per concordiam terminata sit, cum am-
plius de illa actu non audierim.

Resolutionis fundamentum fuit auctoritas spe-
cialis Rotæ in Cathacen. legati 7. Junij 1632. coram 2
Cerro, edita in cau illius testamenti, de quo ha-
betur actum sub tit. de rebus. disc. 22, ubi pro le-
gatario mobilium, responsum fuit pro compræ-
hensione pecunia in summa valde notabili scuto-
rum circiter bis mille; Ac etiam ob firmata in cis-
dem terminis compræhensionis pecunia sub lega-
to mobilium apud Aliograd. consil. 70. lib. 1, ubi
late de istius opinionis fundamentis; Et quamvis
ego scribens pro hæredibus, deducerem distinc-
tiones casuum, de quibus infra, ex quibus si quis
questionis decisio verè regulanda est, attamen jux-
ta currentem abusum, immorandi in auctoritatibus
punctorialibus, cum eis processum fuit, non cu-
rando distinctiones, quæ in omnibus Advocatis,
præsertim vero in me, ita meo fato, exigente, ra-
tiocinia, ac ingenij acumen reputari solent.

Dicebam igitur, etiam cum sensu veritatis,
quod, quidquid nostri certent super antinomya
legum, quæ in hac materia invicem pugnare viden-
tur; Omnidè verius est, ut ista non sit quæstio ju-
ris, sed voluntatis, ideoque metienda ex facti cir-
cumstantijs, quæ illam uno, vel altero modo ex-
presse, vel conjecturaliter probent; Istaque pro-
batione accedente, cessant omnes juris regulæ, vel
dispositiones, ad quas solum recurrere oportet,
ubi dicta probatione non accedente, versemur in
ambiguo, in quo pro congrua iurium applicatione,
adhibenda venit plurimum casuum distinctionis, quam
inter antiquiores, omnium melius adhibet Me-
noch. lib. 4. præsumpt. 138. ad quem in hac materia
omnino recurrentem esse admonet Castill. de usu
frust. cap. 38. num. 23. atque inter moderniores, bene
etiam occasione compræhensionis mercium vena-
lium sub legato mobilium, distinguunt Merlin. lib. 2.
contr. 65. nequæ distinctionem negat Aliograd. di-
cto consil. 70.

Primus igitur casus est, ubi agitur de indefinito,
ac generali legato mobilium absque aliquæ domus,
vel alterius loci præfinitione; Et tunc licet non de-
sint contradicentes, verior tamen magisque com-
munis videatur opinio, pro compræhensione pecu-
nia indefinita, ex sola tamen [ut dictum est] præ-
sumptione juris, cuius virtus, ac operatio est trans-
fundendi onus contraria probatio in hæredem.

Alter casus est, ubi accedat loci præfinitione, præ-
sertim vero, juxta frequentiorem contingentiam, sit
præfinitio domus, quia nempè factum sit legatum
mobilium domus, vel in domo existentium, & tunc
altera intrat subdivisio, an in loco adhuc usus lo-
quendi, per quem sub hoc vocabulo mobilium do-
mus, sola suppellectilia compræhendantur, ideoque
pecunia non veniat, cuius jure etiam merces, ac
gemmæ, vasa aurea, & argentina regulari solent, il-
lis exceptis, quæ quotidiano communī usui deser-
viant, tunc enim usui deferendum est, sive sit uni-
versalis loci [sive & melius] sit particularis testato-
ris.

Aut vero ille non probatur, ac probari debere
[quatenus non sit notarius], credit magis communi-
nis DD. schola, ac pariter subdivisum est in-
ter eam pecuniam, quæ domi retineatur, peculij,
seu præsidij causa, & sic cum destinatione, ut ubi
perpetuò maneat & tunc veniat sub legato; Aut ibi
reposita